

**PÉTRONE *Satiricon*, 62 (extrait)**

**« Une histoire de loup-garou »**

(Texte extrait du manuel de latin Hatier 1<sup>ère</sup> Les Belles Lettres, p. 122)

Le narrateur fait route avec un militaire « fort comme un ogre », durant une nuit de pleine lune.

Venimus inter monimenta : homo meus coepit ad stelas facere ; sedeo ego cantabundus et stelas numero. Deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. Mihi anima in naso esse ; stabam tanquam mortuus. At ille circumminxit vestimenta sua, et subito lupo factus est. Nolite me joculari putare ; ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio. Sed, quod coeperam dicere, postquam lupo factus est, ululare coepit et in silvas fugit. Ego primitus nesciebam ubi essem ; deinde accessi, ut vestimenta ejus tollerem : illa autem lapidea facta sunt. Qui mori timore nisi ego ?